



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DISQUISITIO BREVIS
DE ²²
DOCTORVM,
CIRCA PRIMVM
IVRIS NATVRAE PRINCIPIVM,
TOLLENDO DISSENSV,

QVA
IVVENI PRAENOBILISSIMO
HENRIC. THEOD. WAGNER

COGNATO AESTIMATISSIMO,
EGREGIVM ERVDITIONIS DISSERTATIONE
PVBLICA EDENTI SPECIMEN,

EX ANIMO

GRATVLATVR

GEORG. WILHELM. WAGNER,

IVR. LIC. ET PROF. EXTRAORD. NEC NON
FACVLT. IVRID. ASSESSOR.

G I E S S A E,

Typis **EBERH. HENR. LAMMERS,** Acad. Typogr.

DISQUISITIO BREVIS
DE ²²
DOCTORVM,
CIRCA PRIMVM
IVRIS NATVRAE PRINCIPIVM,
TOLLENDO DISSENSV,

QVA
IVVENI PRAENOBILISSIMO
HENRIC. THEOD. WAGNER

COGNATO AESTIMATISSIMO,
EGREGIVM ERVDITIONIS DISSERTATIONE
PVBLICA EDENTI SPECIMEN,
EX ANIMO
GRATVLATVR
GEORG. WILHELM. WAGNER,
IVR. LIC. ET PROF. EXTRAORD. NEC NON
FACVLT. IVRID. ASSESSOR.

G I E S S A E,
Typis **EBERH. HENR. LAMMERS,** Acad. Typogr.

IVVENALIS Sat. X.

*Permittes ipsis expendere Numini-
bus, quid
Conueniat nobis, rebusque sit utile
nostris.*

*Nam pro iucundis aptissima quaeque
dabunt Dii.*

Charior est illis homo, quam sibi.



Non exigua perfusus sum laetitia, cum TE, Prae-
nobilissime Iuuenis, per plures annos in Acade-
miis exteris litterarum studiis operam nauantem
strenuam, tandem hic saluum atque incolumem con-
spicere obtigit. Praecipue vero exinde voluptatem ce-
pi, quod tempora studiis dicata a TE rite impensa, i-
deoque non poenitenda eruditione TE rediisse instru-
ctum, ex sermonibus tecum initis colligere licuit. Cum
praeterea publicum diligentiae TVAE, in conscriben-
da proprio Marte Dissertatione de *Quietismo philosophi-
co*, documentum exstare TE cum contitueris, in quo &
Serenissimi Principis voluntati, ipsique rationi, quae
ralia specimina a Candidatis exposcunt, fecisti satis; in-
de praesentis epistolae materies, ob iustissimas causas,
mihi fuit enata. Licet autem titulus dissertationis tuae
plane nouus ac singularis videatur; rem tamen ipsam
nec nouam, nec nomen rei exprimendae ineptum esse,
me & alios facile consentientes habebis. Innatum e-
nim nobis & generi humano alte impressum esse felicitatis
studium, naturam humanam scrutantibus apparet.
Quod cum sine custodia regularum atque Legum, Di-
uinae utque humanae naturae congruarum, obtineri ne-
queat, ac summum Nugtae regulas hasce, fini diuino
consentaneas, iure optimo ab hominibus seruatatas velit;
inde veritas iuris naturae, sine longiori disputatione, sa-
tis in luce collocata videtur. Cum enim homini tribu-
ta intelligendi facultas, ab erroribus non sit immunis,

volendi vero & appetendi facultas facili negotio in de-
 via dilabatur ; norma quaedam certa ac constans fuit
 constituenda . quae verum & bonum , evidenti quodam
 ae fallere nescio criterio , nobis ob oculos poneret , per-
 inde vt in rebus aliis mensurandis atque librandis , cer-
 tam quandam normam adhibendam esse , ipsa nos edo-
 cet necessitas , vti bene rationes subducit EPICETVS
 apud ARRIANVM , quo loco , vt & elegantibus LV-
 CRETI versibus , hanc rem egregie illustrat Illust. HEI-
 NECC. *a)* Qui itaque non solum vtilitatem propriam,
 qua reliqua animantia quoque ducantur , eoque tenden-
 tes instinctus naturales quosuis *b)* cum Carneade vni-
 ce sequi volunt , ii omnes iustum & honestum aliquod
 naturale , ex voluntate diuina ope rationis humanae e-
 ductum , agnoscunt . Quorsum pertinet ex veteribus
 CICERO de officiis *c)* cuius elegantia verba quin ad-
 scribam , temperare non possum : *Quis est , qui nullis
 officii praeceptis tradentis philosophum se audeat dicere ? Sed
 sunt nonnullae disciplinae , quae propositis bonorum & ma-
 iorum finibus officium omne peruertunt . Nam , qui summum
 bonum instituit , vt nihil habeat cum virtute coniunctum ,
 idque suis commodis non honestate metitur , hic si sibi ipse
 consentiat , & non interdum naturae bonitate vincatur , fit ,*
 28

a) HEINECC. in Elem. Iur. nat. L. 1. C. 1. §. 4. & 7.
b) In vniuersam enim non sunt reiciendi , vt , praeter anti-
 quos, ostendit doctiss. KOEHLER Exerc. Iuris Nat. 1. §. 162.
c) L. 1. c. 2. add. GROT. de Iure belli & Pacis in proleg. §. 6.
 HVB. de Iure civ. L. 2. §. 1. C. 3 vbi capitalis Carneadae &
 Hobbesii philosophia retunditur.

ut neque amicitiam colere possit, nec iniustitiam nec liberalitatem. Cum vero nulla gigni possit scientia, nisi rationes, quibus rem ipsam intelligamus, nobis in promptu sint, quae principia vocari solent a Philosophis; d) nec his quidem iuris naturalis doctrinam carere posse, facile intelligitur. Querimus autem vel de causis, quae rei originem ac existentiam producant, vel de rationibus doctrinas rite demonstrandi atque intelligendi, unde distinctio, in principia essendi, & cognoscendi, suam trahit originem. Iuris naturae vero ortum voluntati divinae non sine ratione adscribunt PVFENDORF, THOMAS, & praecipue Perill. COCCEL. e) Diuersa tenent GROTIUS f) Viri Perill. LEIBNIT. g) WOLF. h) & veteres Scholastici. i) Si tamen dicendum, quod res est, tota haec lis, tantis agitata motibus, ad meram Logomachiam recidere videtur, k) dum alii a notione legis & obligationis legitimum imperantem separant, illamque regulam actionum liberarum, hanc nexum motivi cum actione esse afferunt, l) alii vero ad Legem & obligationem

A 3

tionem

d) conf. Ill. WOLF. Logic. min. in Proleg §. 2, & Metaphysic. §. 29. & meum de Demonstrationibus in iure schediasma.

e) in Dissert. de principis iuris naturalis, quem sequitur HELNECC. in Elem. iur. nat. L. 1. c. 9. §. 69.

f) de iure belli & pacis in Prolegom. §. 114

g) in Epist. censor. ad PVF, de off. hom. & civ.

h) in den Gedanken von der Menschen Thun c. 1. §. 20.

i) Vid. Scripta Critica PVF. operi mai. ex edit. B. HERTII. summi hic quondam Viri, subiuncta. HOCHSTETTER, colleg. Pafend. Exerc. 2. §. 6.

k) Vid. THOMAS. iustis, iurispr. din. L. 1. Cap. 2 §. 93.

tionem saltem externam superiorem absoisse requirunt. m) Quod naturae rei conuenientius videtur. Natura enim ipsa est res a Deo creata, & voluntatem diuinam demonstrat, quam in rem solida attulit Celeberr. Vir B. VERDRIES. n) Hinc fines a natura intenti, sunt etiam fines Dei, ad quos nos efficaci obligat imperio, vt bene philosophatur Illustr. GVNDLING, o) vbi si mul recte censet, Deum ex systemate morali tolli non posse, cum sine timore eius, qui sapientiae initium dicitur, moralitas proprie dicta vix sibi, locum vindicare queat. p) Necessitas enim illa moralis agendi, vel omitendi aliquid, quae a ligando dicitur obligatio, ideoque a Iureconsultis vinculum morale siue iuris esse definitur, q) legitimum requirit Imperantem, ita, vt si quis vel maxime vtilitati renunciare velit, ab eius voluntate recedere nequeat, in quo, agnoscente GROTIUS, r) legis ac consilii differentia consistit. Sed non sufficit ad voluntatem diuinam, tanquam fundamentum legum naturalium,

l) vid. WOLFII *Gedanken von der Menschen Thun* c. 1. §. 16. & §. 8. GROTIUS. L. 1. c. 1. §. 9.
 m) vid. HEINECC. in *Elem. iur. nat.* L. 1. c. 1. §. 9.
 n) in *Introd. ad scient. nat.* in proleg. §. 2.
 o) in Gundling. in dem 33. Stück med. 3. §. 14. von dem *Prsprung der natürlichen Gesetzen.*
 p) Idem cit. loc. §. 18. *Conspirat. CIC. L. 1. de nat. Deor.*
 q) Sic HORAT. L. II. Sat. 3. v. 70. *Obligaciones vocat caenas.* vti obseruat Illustr. OTTO in *Not. ad Instit. tit. de oblig.* & plerumque in rebus moralibus ac de anima terminis *Metaphoricis* vtimur. Vid. GVNDLING in Gundling. in dem 28. Stück med. 3. von dem *menschlichen Verstand und dessen Vergleichung.*

turalium, prouocare, requiritur etiam, vt eandem cognoscamus atque demonstremus. Quando itaque de *primo iuris naturalis principio* quaerimus, Legem quam summam ac fundamentalem, quae omnes reliquas tanquam subsumptiones complectatur, desideramus. In quo mirifice nouiores Philosophi dissentiunt, dum alius *perfectionem* status nostri, alius *amorem*, alius *conseruationem*, alius *socialitatem*, alius *ordinem naturae*, alius *pacem internam & externam*, alius *commune bonum*, tanquam principia vniuersalia supponunt. Plura recensent scriptores historiae iuris naturalis, *Thomasius*, *Ludouici*, *Glasfy*, *Kemmerich*. s) Nec nostris tantum temporibus hanc litem esse exortam, veterum dissertationes de *finibus bonorum ac malorum*, ac de *summo bono* satis demonstrant. Ob quas diuersitates nonnulli, nullum plane iuris naturae principium necessarium esse, statuerunt, quo referendus illust. LEYSERVS. t)

Ante omnia autem tenendum est, sine principiis demonstrandi, nullam animi conuictionem, ideoque nec iudicium solidum, de causarum controuersarum singularum moralitate, enasci posse. Sola enim opinio non parit certitudinem, & multi, experientia teste, circa actus morales falsas tenent sententias. Hinc necesse est, vt rationem, siue *ratio dicitur*, cur aliquid bonum vel malum asseramus, adferamus. Explosae dudum
sunt

r) loc supra cit.

s) In praecogn. iuris nat. cap. 13.

t) in Specim. ad ff. 3. med. 3. & plures nominat KEMMERICH loc. cit. s. 112.

●) (●

suat in physicis *qualitates* sic dictae *occultae*, multo minus in moralibus sine idoneis rationibus aliquid admitti poterit. Nec obstat difficultas & dissensus ipsorum Doctorum, quae causa sit, ut simpliciores multo magis hic haerere debeant. Sufficere enim debet, si cum primis cognitionis humanae principiis aliquid cohaereat, quamcunque demonstrandi viam quis ineat, sicut apud ipsos Mathematicos, eadem propositio saepissime pluribus modis demonstrari solet. Exemplum ab horrore naturali, a concubitu cum matre petium, cuius nulla ratio adferri queat, hac ratione tolli posse videtur, si iuri naturae laxius sumto adscribamus ea, quae ratio tanquam meliora edocet, nec vbiuis rationes absolute necessarias exposcamus, quem sensum duplicem agnoscit GROTIUS. *u*) Cum itaque Deus secundum *Legem sapientiae*, & *principium melioris* *x*) nos obliget ad optima quaeque, nec de hoc capite, maioris claritatis causa in sacris litteris itidem expresso, multum laborandum videbitur. Rationes prohibendi vero ipsam rationem perspicere, monstravit GYNDLING. *y*) Dum itaque necessitas adferendi rationes non in uniuersum remittatur, ab eorum sententia non ero alienus, qui ingentes, de iuris naturae principio, controversias, facile componi posse, asserant. Quid enim obstat, quin minus vna sententia, variis demonstrandi modis terminis,

u) in proleg. §. 9. & 10.

x) Liceat uti terminis in philosophia Leibnitii receptis. vid. *Hanschii* principia Leibnit. philosoph. §. 157. 19.

y) in Gundling. in dem 27. Stück. tract. 3. p. 154. 199. Add. HYBER in obfero. iuris human. L. 2. c. 14.

nis, in apicium producti queat? Non neglegendum autem discrimen inter *principia theoretica*, & *practica*. 2) Ad illa referenda sunt principia *Ontologica*, *Psychologica*, *Cosmologica*, *Theologiae naturalis*, quibus omnibus, qui solide, & non levi brachio versari cupit, in demonstrando iure naturae non carere, vti nec lumen *historiarum* abesse poterit. a) Practica vero principia ex supra dictis, si ad fines a Deo intentos, *illustrationem* nempe *gloriae divinae*, & *generis humani felicitatem* respiciamus, facile erui poterunt. Deus scilicet hominis naturam *religiosam*, *sui amantem* & *socialem* condidit. Ex quo totidem praecepta, sine discrimine seruanda, nec facile secum committenda enascuntur. Quam planissimam Philosophiam suo calculo probant TITIVS b) & KEMMERICH. c) In omnibus reliquis principiis aliquid ex vero deprehenditur; Sed sunt vel nimis specialia, ac ad vnum tantum officiorum genus directo pertinent, quod PVFENDORFIO in primis est obiectum, vel tantum nomine, non re ipsa sunt diuersa. Sic facile componitur principium *amoris*, cum principio *perfectionis*, cum haec sine illo obtineri nequeat. Cumque id demum *perfectum*

B

ctum

2) THOMASIVS in Jurispr. diu. L. 1. c. 2. §. 9. KEMMERICH in praecogn. iur. nat. cap. 3. §. 114. lqq.

a) Sic enim scribente LIVIO L. 1. Hist. Princ. omnis exempli documenta in illustri loco posita intuemur, vt inde tibi tuaque republicae quod imitare cupias, inde foedum inaeceptis, foedum exitu, quod vitae.

b) In observ. ad PVF. de offic. hom. & civ. observ. 78.

c) loco cit. §. 144. lqq.

Hum sit *d*) quod cum essentia & natura rerum; adeoque finibus a Deo intentis convenit; nec inter *studium perfectionis*, & *conformationem actionum*, cum finibus a Deo intentis, quoad rem vlla intercedet diversitas. Ex eadem ratione, etiam facile transfigetur cum iis, qui *ordinem ac decus naturae e*) servare iubent.

Nec vlla erit lis cum iis, qui *pacem internam & externam* sectari iubent, cum interna tranquillitas animus ad virtutem compositum requirat, *f*) & securitas a violationibus aliorum sine amore saltim externo, qui ab actibus hostilibus abstinet, obtineri nequeat. Cum praeterea certum sit, omnes homines in systemate quodam politico ac regno, tum intuitu Dei, tum intuitu sui ipsius ac aliorum vivere; nec *commune bonum* assertis erit contrarium. *g*) Cum vero bonus civis in Imperio Imperantis acquiescat, ac inde fons internae tranquillitatis propullulet; nec mirum, veteres, quo pertinent plura loca Imperatoris Antonini in Libris ad se ipsum, *h*) idem agnovisse. Notanda imprimis *Epistoli* sequen-

d) vid. HANSCHII Princip. §. 140.

e) KOEHLER. Exerc. iur. nat. IV. § 354.

f) Quo referenda quibque *indolentia Epicuri*, quam ex professo illustrat GÜNDLING, in Gündling. in dem zweyten Stück tract. 1. Hinc SENECA L. 1. de Vit. beat. c. 13, de eo dicit: Quam nos virtuti legem dicimus, eam ille voluptati.

g) De magna illa societate, a Stoicis agnita, vid. HERT. de Socialitate Sect. 2 §. 2. HEINECC, in Antiquit. L. 1. tit. 1. §. 14.

h) vid. Lib. 2. C. XI. vbi de Providentia divina agit.

sequentia verba: *Religionis erga Deos immortales praecipuum illud esse scito, rectas de iis habere opiniones, ut sentias & esse eos & bene iusteque administrare uniuersa, parendam esse iis, & omnibus iis quae fiant acquiescendum, & sequenda ultro; ut quae a mente praestantissima regantur. Sic enim nec inculpabis eos unquam, nec ab eis negligi te conquereris, i)* Nostris vero temporibus ab Illustr. LEIBNITIO idem assertum esse nouimus, ex quo consolationem & abnegationem sui philosophicam, nec non resignationem in voluntatem diuinam deducunt. k) Ex quibus omnibus conficitur, vnam rem variis rationibus demonstrari posse, perinde vt variis viis ad vnum eundemque locum contendere possumus, vbi semper via breuissima, minus falcibrosa, aut per ambages ducta, praeter omnibus est eligenda. Hinc variae sententiae de principio iuris naturae tantum nomine, non re ipsa differunt, perinde, vt de veteribus philosophis pronunciat Maximus Tyrius. l) *Ego quidem virtutem esse concedo: Num vera ex te quaeram; An virtutem sine amore eius villo prosequatur animus? Hunc si das amorem, voluptatem dedisti. Licet enim nomen permutes, nec voluptatem voces, sed gaudium, diuersa nomina admitto, rem tamen ipsam video, voluptatem agnosco. Huc quoque digitem intenderunt, & de conciliatione principiorum iuris naturae cogitarunt viri summi KVL-*

B 2 PISIVS,

i) In ENCHIRID. c. 28. add. SENECAE *De tranquillitate, vita beata, nec non eiusd. & BOETHII de consolat. libri.*
 k) vid. HANSCHII *Principia theorem.* 242
 l) in *Dissert.* 33.

●) 22 (●

PISIUS, ^{m)} quem patriae nostrae fata inuiderunt, HER-
TIVS, ⁿ⁾ alii. ^{o)} Cum itaque TV, Praenobilissime Iuue-
nis, de tranquillitate siue *Quietismo philosophi* egeris,
quae materia dictis a me cognata est; non dubito, quin
eadem cum aliorum assertis facili negotio in-concordi-
am pariter redigi queat. Sitis vero ea ratione, & do-
ctrinae, & morum integritatis luculentissimum specimen.
Cumque boni ciues & Christiani, a summo huius uni-
uersi moderatore, certissima sibi praemia polliceri que-
ant; nulla dubitatio apud me resideat, quin TIBI optima
quaeque sint euentura, & TV, partes in Ecclesia &
republica TIBI demum imponendas, dextre & candide
expleturus sis. Quod, certa spe fretus, auguror & vo-
ueo, TVAEque amicitiae me commendo. Ita valeas &
faueas. Dabam Gissae die X. Ian. A. O. R.
clo lxxc xlvk

^{m)} Colleg. GROTIJ. p. 9.

ⁿ⁾ Diss. de Socialitate Sect. 2. §. 9.

^{o)} In primis huc pertinet KOEHLERVS in Exercit. IV. Iuris
nat. add. HOCHSTETTER. Colleg. Puffendorff. Exerc. IV.
§. 9.

